vero bartholomeum et georgium etiam vidit et cognovit et erant homines bone con
dicte ac comestabiles et conducentes quamplures stipendiarios qui q(uondam) montepanus
et filii erant de nobilibus ac de maioribus presentis insule videlicet dicti loci paonie et
hoc est quod scit de predictis / Interrogatus de causa scientie / respondit per ea que supra dixit
et fuit testificatus et quia predicta intellexit et vidit ac audivit ut supra dixit / Inte
rrogatus quot annorum est et respondit etatis annorum sexaginta / presentibus testibus ad hec
vocatis et interrogatis vinci guerra et mariano fratribus de zeunda q(uondam) galeoti // Millesimo
Inditione die hora et loco suprascriptis paulo post / vinci guerra de zeunda q(uondam) galeoti /
testis ut supra sumarie productus per dictum paulum super superius intitulatis / suo jura
mento testificando dixit se hec scire de predictis videlicet quod q(uondam) mater dicti pauli erat de ze
unda filia unius militis et de nobilibus dicti loci et sui erant liberi et franchi ab omnibus
oneribus et gravaminibus et nata legitime de dicto milite ut supra dixit / dicens etiam
intellexisse dictum q(uondam) montepanum esse de nobilibus dicti loci paonie et cepisset aliam
uxorem unam de filiis d. Ticinaci [?] de lecha et hoc est quod scit de predictis / Interrogatus de
causa scientie respondit per ea que supra dixit et fuit testificatus / Interrogatus quot annorum
est respondit etatis annorum quadraginta / presentibus testibus ad hec vocatis et rogatis lazaro
grafinia q(uondam) Johannis et Judice de opianariis q(uondam) perineti / Millesimo inditione die et hora et
loco suprascriptis paulo post / d. Origus [?] q(uondam) manoni de lecha testis ut supra productus
per dictum paulum super suprascriptis / suo juramento testificando dixit se hec scire
de contentis in suprascripto titulo videlicet quod dictus q(uondam) montepanus habuit in secunda
uxorem unam de filiis d. Tiamaci de lecha et que sibi data fuit in uxorem per q(uondam) patrem
ipsius testis una cum dicto d. [illegible] tunc de dominis presentis insule qui q(uondam) montepanus
erat nobilis et de maioribus dicti loci paonie et prima uxor dicti q(uondam) montepani et
mater dicti pauli erat de nobilibus loci zeunde / dicens etiam cognovisse dictos q(uondam) bar
tholomeum et georgium filios dicti q(uondam) montepani qui tunc in presenti insula qua in
partibus Janue et districtus erant homines comestabiles et tenebantur ab omnibus homines
bone conditionis et fame qui q(uondam) bartholomeus et georgius ceperunt in eorum uxores duas
de filiis duorum nobilium presentis insule corsice et hoc est quod scit de predictis / Interrogatus
de causa scientie respondit per ea que supra dixit et fuit testificatus / Interrogatus quot an
nis est respondit etatis annorum quadraginta octo in circa de quibus omnibus et cetera presentibus
testibus ad hec vocatis lazaro grafinia q(uondam) Johannis et damensi de papia q(uondam) bartolomei
(S) Gregorius piraluga quondam lodisii publicus imperiali auctoritate notarius Janue predictis omnibus
interfui rogatusque scripsi publicavi et testatus fui ad instanciam suprascripti pauli et
in publicam formam mea propria manu exemplavi signumque meorum instrumentorum
apposui consuetum in fidem et testimonium premissorum constito enim prius michi de
suprascripta te cassationum que non vicio sed errore et cetera.

Ego lodisius lomelinus locumtenens suprascriptus fidem facio qualiter suprascriptus
Gregorius piraluga est notarius publicus autenticus et fidelis et descriptus in matricu
la venerandi collegii notariorum civitatis Janue et instrumentis scripturis per eum con
fectis adhibita fuit et adhibetur plena fides in judicio et extra et quod suprascripti
testes producti per dictum paulum ut superius continetur sunt homines fide digni et
in fidem premissorum mea propria manu scripsi et subscripsi requisitus a dicto paulo /

Ego babtista pelerenus q(uondam) antonii fidem facio in omnibus prout supra fecit dictus d.
lodisius locumtenens et manu propria me subscripsi ad requisitionem dicti pauli

Ego georgius de valperga q(uondam) Jacobi fidem facio in omnibus ut supra fecerunt prefati d.
lodisius et babtista et manu propria me subscripsi ad requisitionem ipsius pauli

Ego benedictus de castiliono q(uondam) Johannis fidem facio in omnibus ut supra fecerunt /
suprascripti d. lodisius babtista et georgius et manu propria me subscripsi requisitus
a dicto paulo

Eyo bernaldino de pina notario publico doy fe que traslade la provança sobredicha y la concor
to y va cierta y en testimonio de lo qual firme aqui mi nombre

b. de pina
publico notario